

LIBER PRIMVS

illud quoque nos latere non debet quod dictarum operationum nonnullae animali propinqua & essentielles fere putari debent, scilicet sensus memoria sompnus & uigilia motus sequuntur, n. aial inquantum sensitium est, quod est aial essentielle. Quare cum aialis eentiae sint affines: merito mox post aialiū essentiā ante ceteras exteriores determinari debent. Ceterae, n. s. uita cum morte iisque cognata: cum aialibus cōiores sint: & ab eorum essen:ia: remotiores: post p̄fatas essentielles doceri debent. Interposita tamen aialiū generatione. Et merito quoniam naturae p̄cessu uita & mors: iisque cognata: animalium generationē cōsequuntur prius, n. animal generatur dehinc uiuit: Post hanc moritur tandem. Hunc ordinem inquit Aristoteles in libro de sensu: & sensibili cum dixit (Quae igitur dicta sunt de anima subiciantur, de reliquis aut dicamus: & primum de primis). non dixit de prima, sic enim omnes esse conuicinas: absque interpositione generationis: demonstrasset, sed dixit (De primis) per hoc duplex operationum genus esse ostendens, seq̄ tractaturū prius de primo genere scilicet de propinquis fere essentialibus, De reliquo uero remotio. um genere, s. uita cum morte & iis cognatis: posterius suo loco: generatione animalium interposita in tertia ac ultima parte se pertractaturum. Et merito uti dictum est nam post animalium generationem naturae cursu uita & mors iisque cognata succedunt, prius, n. anima a callido participatur, post hoc fouetur, & manet quippe cum generatio sit participatio nutritiuae animae in callido naturali, uita uero eius mansio. In testimonio horum sumito id quod in superioribus de triplici animalium scibili & ordine, s. substantia cum operationibus propinquis: generatione: & uita: de sententia Aristotelis: Theophrasti: in platis sui preceptoris uestigia prosequenti: elucidatum est. Ad hoc in historiarum libris quorum ordinis uestigia libri qui causas inquirunt: in quibus pluribus imitati sunt: post animalium partes, de sensu agitur & somno: memoria praetermissa. Dehinc generatio animalium, ultimo loco uita uita: & cognata docentur, s. longitudo ac breuitas uitae reiuuencētia langor & sanitas. Non lateat nos insuper quod de praefatis operationibus: quatuor Aristoteles in principio de sensu & sensibili nuncupauit coniuga, unum uidelicet de propinquis animali operationibus sumens, s. somnum & uigiliam De secundo uero genere uidelicet remotiori tria sumpsit cōiuga, quae sunt mors & uita, iuuentus & senectus, inspiratio & expiratio. Duo enim priora de his tribus non sunt propinqua cum pluribus aliis ab animali cōueniant, Tertia aut coniugatio scilicet inspiratio & expiratio: licet solis insit animalibus non tamen in propinquo genere locanda est, cum paucis admodum insit animalibus, potissime cum natura magis sensu fiat aliquo aut electione At langor & sanitas a praedictis quodammodo alienae sunt, cum artificio quodammodo non sola natura ut ceterae: fiat, quare seiunctim ab eis tractandae sunt. Sunt igitur uti diximus coniuga quatuor ait, n. (Existunt autem horum mox quatuor coniuga numero: uelut uigilia somnus: & iuuentus & senectus: & inspiratio & expiratio, & uita & mors). Quare aut hoc de iis coniugis in hoc loco introduxerim inferius suo notificabitur loco. Quod igitur necessarium fuerit singulos cōdere libros de operationibus singulis: pluribus animalibus & solis attinentibus: sicut est sensus memoria somnus & motus: & de iis quae non solum animalibus sed etiam omnibus uitam habentibus conueniunt: ex iis palam factum est. Demonstratum est etiam quod illud genus operationum quae solis animalibus & pluribus aut omnibus cōueniunt: quae essentielles dici possunt: mox sequi debeat ad eam doctrinam quae tradita est de anima: Alterum uero genus quod est de operationibus remotioribus: omnibus et aialibus attinentibus: interiecta generatione, posteriori in parte expediendum sit: ostensum est operationes autem quae particulariter unicuique appropriantur aiali: in locis tractandae sunt ubi illoque aialium natura: siue sint partes: siue generatio sit illa natura: demonstrata est. Iis igitur necessario praesertim: ad ordinem illoque libroque particularem in quibus dictae operationes tractandae sunt: descendendum est, inter quos primo ad eum qui de sensitio & sensibili inscribitur: Incipiendum est.

Ordo particularis libri de sensu & sensibili.

Caput

VII.

Vid sit sensus & quid sentire prout ab aia principium habent: determinatum est in libro de anima, dicente eo in libro de sensu & sensibili (Sed de sensu & sentire quid sit & quare accidit aialibus haec passio dictum est prius in iis quae de aia) Ceterae consideratio de sensibili secundum se considerato quodnam est: similiter de sensitio organo quale quod unumquodque est: puta utrum uisuum sit ex aqua uel igne: odoratiuum ex igne uel alio: & de similibus nudum ostensum est. Sed de iis sensibilibus & sensitiuis sub hoc modo acceptis in hoc libro de sensu & sensibili consideratio fit. Et hoc est quod Aristoteles in libro de sensu & sensibili uelut cum dixit, (De sensibilibus aut iis secundum unumquodque sensitio: puta dico colore & sono & odore & gustu & tactu: uniuersaliter dictum est quae actio ipsorum in hiis quae de aia, & quid operari secundum unumquodque sensitio: quid aut oportet dicere quodlibet eorum, s. quod color quod sonus quod odor quod sapor similiter & de tactu: considerandum est: & primum de colore, est quidem igitur unumquodque dupliciter dicendum hoc quidem actu. Hoc aut potentia: quod quidem igitur actu color & sonus quod est idem uel altere iis quae secundum actum sensibus puta uisioni & auditio: dictum est in eis quae de aia, quid aut unumquodque eorum existens faciat sensum & actum: sic dicamus). Per haec superiora patet de sensu & sentire: similiter de sensitiuis & sensibilibus: tradita esse doctrinam: & in libro de aia & in hoc libro, sed in utrisque differenter, nam in libro de aia quae nā sit sensibiliū insensitiua actio, similiter quid sit sentire absolute factum a sensibilibus insensitiua. Sed in hoc libro non hoc modo de sensibilibus ut absolute agunt insensitiua, sed de eis quidnam in se sint, puta quid sit color & sapor, & similiter de sensitiuis non simpliciter prout ab ipsis sensibilibus patiuntur, sed quidnam unumquodque eorum secundum suam sint substantiam ad recipiendam sensationem aptam, puta quid sit uisus instrumentum & auditus: qualisque naturam habeant ut aptam possint pati sensationem scilicet ex igne uel aqua uel similibus cōfecta: Amplius de ipso operari quod est sentire in hoc libro non absolute prout a sensibilibus insensitiua fiat, sed de ipso agit sentire puta uidere prout a colore non absolute. Sed inquantum talis est naturae, s. extremum prospicui in corpore terminato: insensitiuum tale ex tali elemento cōfectum ad talem operationem aptum: p̄ducitur. Hoc igitur modo sensus ipse: & ipsum sentire: & ipsa

LIBER PRIMVS

sensibilia ac sensitiva sub instantis libri cadunt speculatione. Ordo autem huius est quoniam primus est inter eos qui de operationibus agunt propinquus: & animali essentialibus magis & mox sequitur eum quod est de anima: eo sic dicente in huius libri principio (Quoniam autem de anima secundum se ipsam determinatum est prius: & de uirtutum qualibet ex parte ipsius: consequens est facere considerationem de animalibus & uitam habentibus omnibus. quæ sunt propriae & quæ communes operationes). In fine quoque libri huius expedita prius claudens ait (De sensitivis quidem igitur & sensibilibus quomodo se habent & communiter & unumquodque sensitivum dictum est: reliquum autem primum fit facile considerare de memoria & reminiscencia & somno) Ex quo itaque cæteri hunc sequuntur librum hic merito primum post librum de anima tenebit locum: In fine etiam eius quod de motu animalium post animalium essentiam quæ in libro de anima completur: ea mox colligit quæ de sensu egit, dicens (De partibus quidem igitur uniuscuiusque animalium & de anima adhuc autem & de sensu & memoria & somno & comuni motu diximus causas) posuit hoc aduerbium (adhuc) ut per hoc operationes secundo loco pertractatas ab animalium essentia prius discussa separaret. Huic libello ea admodum in historiis pauca correspondent: quibus circa finem quarti libri post eorum quæ de partibus scribuntur collectionem: sic scriptum est (Nunc de sensibus differendum est) licet hæc aliquo etiam modo libro de anima convenire possint. Quæ locorum in historiis ac theoriæ causarum debita congruentia: prefatum ordinem plenissime nobis ostendit. Et hæc sufficiant de ordine libri quod de sensu & sensibili communiter nuncupatur.

Ordo libri de memoria & reminiscencia

Caput VIII.

Memoria & reminiscencia fiunt cum iam sensatae species in animæ thesauro reconduntur. ac demum cognitione in animalibus uel discursu concurrente in hominibus solis: reuocantur. Ordo autem huius libri est quoniam mox post librum de sensibilibus & sensitivis collocat. palam fit hoc ex iis quæ superius diximus. nam post collectionem exactorum in libro præcedenti de sensibilibus & sensitivis: subiungit Reliquorum autem fit facile primum considerare de memoria & reminiscencia & somno) Huic libro nihil determinate respondet in historiis. licet hincinde passim plura de his scripta sint. cum nonnulla animalia aliis prudentiora sæpe dixerit: Et hæc satis sint de eo libello qui de memoria & reminiscencia inscribitur. qui sic incipit (De memoria quidem igitur & reminiscencia dicendum quid est.

Ordo libri de somno & uigilia.

Caput VIII.

Expedito ordine libri de memoria & reminiscencia de ordine libri de somno & uigilia agendum est. In hoc enim libro primo de somno secundo de somno agit. Ultimo de somnorum diuinatione. Incipit autem (De somno autem & uigilia considerandum quid sint) Est autem somnus & uigilia unum de quatuor coniugatis: in libro de sensu & sensibili ab Aristotele sic nuncupatis. est enim genus unum operationum animali propinquarum: quare tametsi una sit de quatuor coniugationibus: seorsum tamen a reliquis tribus quæ sunt ab animalium remotiores: simul cum operationibus propinquioribus: quæ non sunt coniugationes: tractari debuit. Vigilia enim est sensuum operatio. somnus autem illorum priuatio aut remotio: proprias uterque habens causas. Ordo autem libri huius nec in principio libri nec in fine ab Aristotele positus est. iis enim duobus in locis ordinare non licuit cum eius ordinis certum locum in fine libri de sensu & sensato simul cum memoria proposuerit dicens (Reliquorum autem primum fit facile considerare de memoria & reminiscencia & somno) Quare post eum qui de memoria & reminiscencia: mox sequi debet ille liber qui est de somno & uigilia. huic libello in historiis ea respondet pars in qua: post sensus: post uocem de somno licet breuibus sermoneque succincto sic agitur. (De somno & uigilia animalium nulla quaestionis obscuritas est &c. Satis itaque hæc sint dicta de ordine eius libri qui de somno dicitur. & uniuersaliter de ordine librorum eorum qui de operationibus sensui principaliter attinentibus: agunt. Nunc ad eum qui est de causa motus animalium in communi descendamus.

Ordo libri qui de causa motus animalium in communi agit.

Caput X.

Motus animalium tametsi non ita sit animalium propinquus cum non omne animal de loco ad locum: licet in loco moueatur: sicut sensus: est tamen eidem propinquus ualde. Hanc propinquitatem ostendere uolens Aristoteles in eo qui de sensu & sensibili: cum duas animalium operationes propinquas. scilicet sensum & memoriam tractaturus proposuerat: & motum ipsum tangere uellet: eum sub hoc nomine non expressit. sed ea quæ ad motum de sensu concurrunt. exprimere maluit. ut affinitatem ipsius motus cum sensu & cum animalium nobis indicaret: dicens (puta sensus & memoria) & loco. ipsius motus subtulit (& ira & desiderium & omnino appetitus: & cum iis gaudium & tristitia): per hæc enim motum animalium indicauit cum animalium motus ut patet in libro de anima ab iis fiat. sensu. n. interiori triste aliquid uel delectabile percipiens: imperate appetitu: illud triste animal fugit. uel delectamentum prosequitur. ira enim desiderium & omnino appetitus: hic posita sunt: non tamen tales affectiones hic tractandæ essent: cum de eis quantum licuit in libro de anima contemplatum sit: sed eas hic cum sensu & memoria & aliis deduxit. ut per hæc motus ipse animalium quod per hæc produci subintelligat. & quantum animalium ac sensui propinquus sit clare cognoscatur. potissime cum ista prædicta sensu ipso producantur. & ob id et motum ipsum simul cum operationibus animalium propinquis. scilicet sensu memoria & somno tractandum esse conciperemus. Cæterum somnum & uigiliam seorsum ab operationibus animalium propinquis ibidem enumerauit: & inter eas quæ minus propinquæ sunt: qualis est mors & uita iuuetus: & senectus. Inspiratio & expiratio apposuit. non ut per hoc eas ab animalium remotas esse putaret: cum omni ac soli animalium conueniant nec eo quod cum aliis coniugis essent tractandæ. Sed cum una esset de coniugationibus quatuor eas coniuga narrando connumerare placuit: sicut legentibus locum illum palam fit Ex iis igitur satis declaratum est quatenus operatio quæ est animalium motus. simul cum operationibus animalium propinquis tractanda sit. Neque putes hunc librum qui est de causa motus animalium in communi. Incipientem. (De motu autem eo qui animalium) aut illum qui est de progressu uel incessu animalium: fore superuacaneum. ambo enim ad disciplinam huius naturalis complementum fuere necessarii. & loca eorum diuersa. nam ille qui est de progressu: